

LIBER

SENTENTIARUM EX SACRIS LITERIS.

Et antiquis Ecclesia Doctoribus collectarum.

DE STATU HOMINIS POST PECCATUM.

CAPUT I.

Esse in homine etiam lapsa liberum arbitrium.



Uoniam sunt quidam qui sic gratiam Dei defendunt, ut negent hominis liberum arbitrium: aut quando gratia defenditur; negari existit liberum arbitrium: hinc aliquid scribere curavi.

a Aug. lib. de gratia & libero arbit. c.1. b Ibid. c.2. c Gen.1. d Eccl.1. e.15. f Aug. de quaest. anim. ma. cap. 36. g Idem l.1. ad Bonifa. c.2. h Ibid. i Idem serm.2. de verb. Apo. c.6. k S.Tho. 1.2.9. 109. ar.2. l S.Tho. Ibid. confer ar.3. m Aug. de spir. Et ut. c.28. confer 27. l.ii. n.5. 107.

Revelavit autem nobis per scripturas suas sanctas, esse in homine liberum voluntatis arbitrium. Quomodo autem revelaverit, commemoro vos; non humano eloquio, sed divino.

Homo ad imaginem & similitudinem Dei factus; c

In manu consilij sui relictus est; d

Ita ut si potuerit transgredi, qui non est transgressus. e

Datum est enim animae liberum arbitrium: quod qui nugatorijs ratiocinationibus labefactare conantur; usque adeo caeci sunt, ut ne ista ipsa quidem vana atque sacrilega; propria voluntate se dicere intelligant. f

Quis autem nostrum dicat quod primi hominis peccato perierit liberum arbitrium de humana, non genere? g

Nam usque aded in peccatore non perijt; ut per illud peccent; maxime omnes qui eum delectatione peccant; & amore peccati, hoc eis placet quod eis libet. b

Magnas tamen liberi arbitrij vires, quas, cum conderetur homo, accepit, peccando amisit. In mortem lapsus est, infirmus factus est; & latronibus semivivus relictus est. s

Unde fit quod etsi in statu naturae integrae, quantum ad sufficientiam operativae virtutis, poterat homo per sua naturalia velle & operari bonum suae naturae proportionatum; quale est bonum virtutis acquisitae: non autem bonum superexcedens; quale est bonum virtutis infusae: tamen in statu naturae corruptae, etiam deficit homo ad hoc quod secundum naturam suam potest, ut non possit totum hujusmodi bonum implere per sua naturalia. k

CAP. II.

Non omnia opera peccatoris esse peccata.

Uia tamen natura humana per peccatum non est totaliter corrupta, ut scilicet toto bono naturae privetur, potest etiam in statu naturae corruptae, per virtutem suae naturae aliquod bonum particulare agere; sicut aedificare domos, plantare vineas, & alia hujusmodi. l

Quaeritur si illa quae ad salutem aeternam nihil profunt impio aliqua bona opera, sine quibus difficillime vita cujuslibet pessimi hominis invenitur: m

Quaeque praesentem vitam decenter exornant; aeternae tamen beatitudinis praemium non habent, quia rectas actiones & bona studia sua, non ad ejus laudem atque honorem referunt a quo accipiunt. a

Multis ergo aliqua quidem bona quae ad societatis humanae pertinent aequitatem, inesse possunt; sed quia non charitate Dei fiunt, prodesse non possunt. b

CAP. III.

Gratiae necessitas.

Uia tamen totum bonum sibi connaturale non potest homo, ita quod in nullo deficiat; c

Immo nec per naturae vigorem bonum aliquod, quod ad salutem pertinet vitae aeternae, cogitare ut expediat, aut eligere, sine salutaris, id est, evangelicae praedicationis consentire possit, absque illuminatione & inspiratione Spiritus sancti: d

Ideo adjutorium Dei etiam renatis ac sanctis semper est implorandum; ut ad bonum finem pervenire, vel in bono possint opere perdurare. e

Cum enim quantumcumque natura aliqua corporalis vel spiritualis, ponatur perfecta, non possit in actum suum procedere, nisi moveatur a Deo; f

Quaeque praesentem vitam decenter exornant; aeternae tamen beatitudinis praemium non habent, quia rectas actiones & bona studia sua, non ad ejus laudem atque honorem referunt a quo accipiunt. a

Immo nec per naturae vigorem bonum aliquod, quod ad salutem pertinet vitae aeternae, cogitare ut expediat, aut eligere, sine salutaris, id est, evangelicae praedicationis consentire possit, absque illuminatione & inspiratione Spiritus sancti: d

Ideo adjutorium Dei etiam renatis ac sanctis semper est implorandum; ut ad bonum finem pervenire, vel in bono possint opere perdurare. e

Cum enim quantumcumque natura aliqua corporalis vel spiritualis, ponatur perfecta, non possit in actum suum procedere, nisi moveatur a Deo; f

Unde sine gratia nec tunc illum meritum esse potuisset: quia etsi peccatum in solo libero arbitrio erat constitutum; non tamen justitiae retinende sufficiebat liberum arbitrium, nisi participatione immutabilis boni divinum adjutorium praeretur. l

Quid enim valeat liberum arbitrium non adjutorium, in ipso Adam demonstratum est. Ad malum sufficit sibi, ad bonum non, nisi adjuvetur a Deo. m

Natura ergo humana etiam in illa integritate in qua est condita, permaneret, nullo modo seipsam, Creatore suo non adjuvante, servaret; unde nunc non sine gratia Dei, salutem non posset custodire. n

a Prosp. lib. 1. de vocat. gent. c.4. b Fulgent. de Incarn. c.16.

c B.Th. 1.2.9. 109. ar. 2.

d Can. 7. conc. Araus. c.2. e Can. 10. ejus. a. 1. vi.

f S.Th. ubi sup. ar. 1. vi. de opus. 2. c.3.

g Idem 1. p.9. 105. ar. 4. h Ibid. ar. 5. ad 3.

i disto. art. 2. q. 109.

k Aug. de natura & gratia. c.48.

l Aug. Enchir. c.106.

m Idem de can. n. 10. c.8.

n Tom. 9. quam